UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Impedimentis Matrimonii, Usu Et Divortio

Bosco, Jean a

Lovanii, 1685

Facultas Reverendi Admodum P. Ministri Provincialis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-73448

Visual Library

tamen unus Religionem profiteri, niſi reliquus perpetuam continentiam repromittat; & ſit talis ætatis, ut ſine ſuſpicione incontinentiæ valeat in ſæculo remanere. *pag.* 794.
CONCL. XVIII. Matrimonio illæſo, invalida eſt profeſſio unius ſine licentiâ alterius; cum eâ valet: niſi tamen uxor ad Religionem tranſierit, aut perpetuam caſtitatem ſervare promiſerit, vir poteſt & debet de Monaſterio revocari, reverſurus poſt mortem ejus. *pag.* 800.
CONCL. XIX. Vir in Epiſcopum ordinari non poteſt, niſi uxor Religionem profiteatur. Ut ordinetur ſacerdos, jus commune exigit ſolam profeſſionem continentiæ. *pag.* 811.
CONCL. XX. Vir promotus ad ordines ſacros, remanens in ſæculo tenetur alere uxorem: ſecùs vir innocens adulteram. *pag.* 819.

FINIS.

FACULTAS

Reverendiſſimi Patris Commiſſarij Generalis.

QUinque Partibus Theologiæ Sacramentalis R. A. P. JOANNIS BOSCO Ordinis noſtri S. Theol. Lectoris bis Jubilati, ac Provinciæ noſtræ Germaniæ inferioris ſæpiùs Definitoris, publici jam juris factis; cùm ad operis eruditiſſimi complementum, avidè dudum deſiderata, & expetita plurimùm DE IMPEDIMENTIS MATRIMONIJ, USU, AC DIVORTIO Pars Sexta necdum lucem aſpexerit, quam tùm à pluribus Ordinis Theologis, tum à Cenſore Ordinario, utpotè Partibus prioribus omninò correſpondentem, honorificâ intelleximus donatam Cenſurâ: ne diutiùs jaceat in tenebris, ſed ut Auctoris ſui, heu! jam defuncti! nomen ulteriùs poſteritati commendatura, & ad uberes Partium priorum fructus cumulum allatura, quàm primùm videat ortum ſurgentis auroræ, non permittimus modò, ſed & ijs, quorum intereſt, in meritum S. Obedientiæ præcipimus & mandamus. Datum Bruxellis in Conventu noſtro FF. Minorum Recoll. die 20. Octobris Anni 1684.

✠ Locus ſigilli.

F. JUDOCUS SCAILLET
Commiſſarius Generalis.

FACULTAS

Reverendi Admodum P. Miniſtri Provincialis.

ATtento judicio VV. admodum Patrum Lectorum Sacræ Theologiæ Scholaſticæ, conſentio, ut, ſervatis ſervandis, prælo mandetur Tomus Sextus Theologiæ Sacramentalis, à R. Patre, Fratre JOANNE BOSCO, Ordinis noſtri, & Provinciæ S. Theologiæ Lectore bis Jubilato, compoſitus; haud dubitans, quin eumdem ſtudij fructum reportabit, quem priores editi Tomi retulere. Datum in Conventu noſtro Lovanienſi FF. Minorum Recollectorum, die 30. Octobris Anni 1684. ſub noſtra ſignatura, officijque ſigillo Majore.

✠ Locus ſigilli.

F. COSMAS MEERSMANS
Miniſter Provincialis.

APPROBATIO

Theologorum Ordinis.

QUod in alijs quinque luci publicæ datis Theologiæ ſuæ Sacramentalis Partibus pereruditè præſtitit Adm. Reverendus Pater F. JOANNES BOSCO Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum Sacræ Theologiæ Lector bis Jubilatus, Provinciæ ſuæ ſæpiùs Definitor &c. Id in hac ultima Parte DE IMPEDIMENTIS MATRIMONIJ, USU, AC DIVORTIO, omnibus numeris abſolutâ, confecit accuratiſſimè. Appendit in ſtatera, & expendit Canones, Leges, Conſuetudines, auctoritates: ex his ſtatuendo nunc certitudines, nunc ſolidas probabilitates in praxi ſolida omnium, morali certitudini æquivalentes, Ut illas obviè, has occurrentiâ exigente, Lector applicare valeat, opus hoc prælo, & luce publicâ planè dignum cenſeo. Datum Antverpiæ in Conventu noſtro FF. Minorum Recollectorum die 16. Octobris Anno 1684.

Fr. JACOBUS vanden EYNDEN *S. Theol. Lector Iubil. Provinciæ Definitor.*
Idem Cenſeo
Fr. ANDREAS van HOUTEN *S. Scripturæ Lector.*
Idem Cenſeo
Fr. GUILIELMUS van GOORLAECKEN *S. Theol. Lector.*
Idem Cenſeo.
F. GEORGIUS de HAZE *S. Theol. Lector.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN